



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

64. An qui vouit non ludere, possit ludere per alios tradendo eis nummos,
& colludentes aspicere. Et an hic sit periurus, si nomine alieno ludat. Et an
qui vouit, vel iurauit non ludere, possit ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76413](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76413)

Nullum ius contulit usurario. Sotus etiam ait nisi magna esset bonorum iactura, non posse eum, qui legis beneficio renunciat, petere relaxationem vel dispensationem.

2. Sed affirmativam sententiam communiter tenent Doctores, & quod post solutionem possit repetere patet, quia qui iurat solvere, renunciat quidem actioni, quam habet non soluendi, sed non actioni, quam habet repetendi post solutionem, neque enim iuravit se non repetiturum, sed se soluturum.

3. Probatum verò id licite fieri, quia relaxatio hæc in nullius præiudicium est; iurans enim tunc tantum tenetur ex virtute Religionis ratione iuramenti præcisæ. Nam iuxta probabilioram sententiam, iuramentum cadens supra promissionem, aut contractum nullum, non facit contractum validum in materia iustitiæ, ac proinde is, cui factum est iuramentum, nullum acquiritur ius ad rem promissam.

4. Quod verò possit, etiam ante solutionem petere relaxationem iuramenti, etiam videtur probabile. Quia cum iuramentum illud sit de soluendo pretio, quod beneficio legis potuisset non solvere, & quod iudicis sententia, si de solutione confiteretur, est ad lucrantem; optime potest, qui iuravit, iuramenti relaxationem ante solutionem petere, neque hoc proprie censetur esse in præiudicium tertij; quia ob transgressionem legis expostus est lucrans huic expoliatio, præsertim quia cum is, qui iuravit, possit post impletum iuramentum repetere, quod soluit, illi non censetur præiudicare, si per relaxationem iuramenti ab obligatione soluendi liberari procuret, atque hoc modo exillimo probari, ac defendi debere hanc opinionem.

5. Ad argumentum verò Molinæ de eo, qui curavit solvere viuras, non videtur facere ad rem nostram, quia, qui accipit viuras, non potest eas iuste retinere quippe qui non acquirit dominium, ac proinde nihil mirum, quod possit peti relaxatio iuramenti soluendi viuras; at in nostro casu, qui lucratus est potuisset iuste accipere, & retinere pretium solutum. Ergo, &c. Et idem hæc omnia docet Dicastillus de iust. lib. 2. tract. 18. disp. 3. dub. 3. n. 29. & sey. Salas tract. de Ludo, dub. 26. n. 8.

6. Notandum est etiam Sotum de iust. lib. 4. n. 5. a. 2. & Azorium p. 3. lib. 5. cap. 24. q. 7. docere, si liberaliter promittat se nunquam repetiturum; non posse repetere, quia cessit iuri suo, & lex, quæ dat repetitionem est facta in gratiam, & beneficium perdentium, licet autem unicuique iuri, & facultati sibi concessa renunciare.

7. Oppositum tamen videtur verius: nam si solum renunciat simpliciter verbo absque iuramento, se non vitium beneficio legis concedentis ei repetitionem, tunc in conscientia poterit repetere, vel retinere sibi pecuniam amissam, simplex enim cessio non privat hominem iure, quod lex ei tribuit in fauorẽ Reipublicæ; alioquin facillimè omnis vis legis redderetur inanis, & frustratoria, ut docet Rebelle. p. 2. de oblig. lib. 12. q. 2.

RESOL. LXIII.

An qui vovit non ludere, possit adhibere ludere ludo honesto? Idem est dicendum de iuramento.

Et quid si iuramentum sit de non ludendo cum certa, & determinata persona, vel in domo certa, vel determinato ludo, an dictum votum obliget? Ex p. 7. tr. 9. Res. 56.

§. 1. Respondet Nauarr. lib. 7. conf. tit. de voto, conf. 16. votum de non ludendo idem est de iuramento quatenus includit ludum honestum, qui opus virtutis est non obligare, quia est contra bonos mores. Quod verissimum est. Ratio assertionis constat, eamque expresse tradit Aristoteles 2. Ethicorum, c. 7. & 4. Ethic. c. 8. ubi ait: quod sicut ludo excedere vitium est, ita & in eo deficere est vitiosum, moderatè autem eo uti est vitium.

Tom. V. l.

tus, ibique appellat duros & agrestes eos, qui nec ridiculum aliquid dicunt, nec aliorum moderatos ludos recipiunt. Et ita etiam docet Dicastillus de iust. lib. 2. tract. 8. disp. 1. dub. 2. n. 3. Dico igitur, votum non ludendi intelligi de ludo illicito, non verò de licito, qui recreationis gratia suscipitur, nisi aliter coniciatur de iurantis, aut voventis intentione. Ratio est, tum quia hæc videtur esse benigna intentio iurantis, aut voventis: tum quia iuramentum est restringendum, ut quantum fieri potest minus obliget, nam ubi agitur de obligatione contrahenda, stricta interpretatio facienda est, c. de iureiur. in 6. & l. quidquid adstringenda, ff. de verb. oblig.

2. Dixi, nisi aliter constet de iurantis, aut voventis intentione, nam si constet iurantem, aut voventem se voluisse obligare ad abstinendum à ludo licito, tenebitur ex vi iuramenti & voti abstinere: nam quamvis ludus honestus causa recreationis suscipitur, sit actus virtutis Eutrapeliæ, nihilominus eius ommissio est materia voti, & iuramenti, ut patet à simili de matrimonio, quod quamvis licite contrahatur, eius tamen ommissio est peccator, & melior, consequenter validum est votum & iuramentum de non habendo, utpote factum de meliori bono. Et ita docet Sanchez in sum. tom. 1. lib. 3. c. 18. n. 2. c. 2.

3. Et idem Caspensis in Curs. Theol. tom. 2. tract. 18. disp. 8. sect. 3. n. 26. sic ait: Oblervia eum, qui fecit iuramentum, vel votum absolute, de non ludendo amplius, obligari ad abstinendum à ludo, etiam modicæ quantitatatis, si id expressit, vel saltem intendit: quia quamvis prædictus ludus sit actus virtutis, votum tamen vel iuramentum emissum de abstinendo ab eo, est validum; cum sit de potiori bono: sicut votum de abstinendo à matrimonio validum est, licet matrimonium sit res bona & Sacramentum: si autem finis iurantis sit vitare iacturam, & prodigalitem pecuniæ; tunc ex quantitate pecuniæ ludo expositæ, iudicanda est culpa ludi, an sit venialis, aut mortalis; si denique iuramentum sit de non ludendo cum certa & determinata persona, vel in domo certa, vel determinato ludo, hæc iuramenta non obligant cum sint de re indifferenti, nisi ex tali ludo, vel cum tali persona, aut in tali loco, aliqua occasio peccati, vel amissionis maioris summa pecuniæ, timeatur: tunc enim materia talium iuramentorum, iam non manet indifferentis. Ita Caspensis.

Sup. hoc in Res. 55. §. vii.

RESOL. LXIV.

An qui vovit non ludere, possit ludere per alios tradendo eis nummos, & colludentes aspicere?

Et an hic sit perivurus si nomine alieno ludat?

Et an qui vovit, vel iuravit non ludere, possit sponsones facere in ludo, quod vulgò dicitur Attraversar en el juego? Ex p. 7. tract. 9. Res. 57.

§. 1. Respondet affirmativè dum tamen non constet de contraria intentione, quia etsi finis voti aut iuramenti, sæpè in hoc euentu inveniatur, sæpè enim similem temporis iacturam facit assistens ludo, & sæpè similem pecuniarum propriarum iacturam, dum alter nomine ipsius ludit, oriunturque eadem discordiæ, at non sufficit eundem finem concurrere, nisi res gesta comprehendatur verè, & propriè sub materia promissa. At hic non verè dicitur ludere, ac proinde hæc traditio nummorum, ut alter nomine tradentis ludat, non comprehenditur sub materia per iuramentum, aut votum interdicta. Quare non placet, quod dicit Fulgosius, & Arimino, quos refert, & sequitur Saffedo in addit. ad practicam Bernardi Diaz c. 70. sine. dicens, hunc fore perivurum, si nomine alieno ludat.

2. Hinc deducitur, iurantem non ludere, posse sponsones in ludo facere. Quod vulgò dicitur, Attraversar en el juego.

Sup. hoc in Res. seq. §. 1. ad lia. 7.

Sup. content. in hoc vers. ibidem, in princ. & in §. 2.

Sup. hoc ibi dem §. 1. ad lia. 6.

Z 3

en il iugo, quia hoc non est verè ludere, et si finis abstinentiæ à ludo sæpe in hoc casu quoque concurrat. Et hæc omnia docet Sanch. in *summ. tom. 1. lib. 3. c. 18. n. 7.* & Bonac. in *Decal. disp. 4. q. 1. punct. 16. n. 5.*

RESOL. LXV.

An qui vovit non ludere, possit ludere nomine alterius?
Et an in tali casu possit sponsones facere, vel tradere pecuniam alteri ad ludendum suo nomine, & aspicere socium ludentem?
Et an si aliquis vovit non ludere cum determinata persona, si ludat cum aliis, an sit licitum ludere etiam cum illa? Ex p. 7. tr. 9. Resol. 58.

Sup. conten-
tis in hoc §.
in Rel. pra-
ctici. per to-
tam.

§. 1. **N**egativè respondet Bonac. ubi supra in *Decal. disp. 4. q. 1. punct. 16. n. 5.* ubi sic ait: Hinc colligi potest qui iuravit absolute non ludere, non solum non posse nomine proprio ludere, verum neque alieno. Ratio est, quia ludus factus nomine alieno est propriè ludus, potest tamen facere sponsones, quia non sunt propriè ludus, possit etiam tradere pecuniam alteri ad ludendum suo nomine, & inspicere socium ludentem, quia non emittit votum de non tradenda alteri pecunia, vel inspicendis ludentibus, sed de non ludendo. Hoc tamen intelligendum est, nisi aliter colligatur de mente iurantis. Ita ille.

2. Sed quando non constat ex coniecturis, an votum, vel iuramentum non ludendi obliget iuramentum ad non ludendum per semetipsum nomine alterius, existimo posse vouentem nomine alterius ludere. Et ita docet Sanchez in *summ. tom. 1. lib. 3. c. 58. n. 6.* ubi latè explanat finem vouentis, & coniecturas, quæ indicant eius mentem fuisse in emittendo voto, abstinere se etiam à ludo nomine alterius; ad illum omninò quando casus occurrerit.

Supra hoc
sup. in fin.
Rel. 65.

3. Nota tamen hic obiter, quod si aliquis voueret non ludere cum determinata persona, vel propter nimiam peritiam, vel propter fraudes, quibus vititur, vel ad tollendas rixas, si ludat cum aliis, licitum est etiam ludere cum illa, nullo respectu illius vtrinque, ludo reportato, & vt vulgò dicitur. *Non si vitando tra loro.*

RESOL. LXVI.

An votum penale obliget prima vice ad penam, v. g. quis absolute vovit se non lusurum vel non ludere sub certa pena 10. aureorum, peregrinandi Romam, Ierusalem, aut ingrediendi Religionem, vel exorbitantis elemosynæ, &c? Ex p. 4. tr. 14. & Misc. Ref. 181.

Sup. hoc in
Ref. seq.

§. 1. **H**ic casus erit frequentissimus, maxime in Sicilia, ubi tam facile emittuntur vota; & negativè respondet Sanch. in *summ. tom. 1. lib. 4. c. 21. n. 21.* patet enim obligare pro semper, nam, v. g. qui absolute vovet se non lusurum, non pro sola prima vice obligatur, sed semper: ergo nec qui vovit aliquam penam si lusurum, vel non ludere sub certa pena obligabitur sola prima transgressione ad penam, cum pena accessoria sit illi actui tanquam principali, & ideo eius naturam debet sequi.

2. Sed his non obstantibus, si spectatis omnibus circumstantiis dubium maneat de intentione vouentis, an fuerit in perpetuum sibi interdicens peccandi facultatem sub proposita pena, tale votum obligare tantum pro prima vice, probabiliter docet Layman in *Theol. moral. lib. 4. tract. 4. c. 5. n. 4.* quia cum de obligatione voti agitur, benignior pars in dubio est amplectenda, & ideo hanc sententiam docet etiam Sa post Romanam correctionem in *Votum, n. 26.* ubi sic asserit. Vouens se

aliquid facturum, si contingat fortè peccare, intelligitur de prima vice, nisi intendisset expressè, quoties peccasset. Ita ille, & Ego.

3. Notandum tamen quòd etiam stando in opinione Sanchez limitanda, secundum ipsum erit in casu, quo pena gravissima esset, & quæ iterari non solet, nam tunc votum illud pro sola prima transgressione obligabit: vt si quis vouisset non ludere sub pena peregrinandi Ierosolymam, aut Religionis, aut exorbitantis elemosynæ. Quare si violato voto talis, v. g. ingrederetur Religionem, quæ fuit pena, & tempore Novitatus ex iusta causa exiret, sic iam voto penæ satisfecisset, et si iterum incidere, non obligaretur amplius ad illam penam, & sic de pena peregrinationis & elemosynæ exorbitantis dicendum erit, nisi aliter constaret de expressa vouentis intentione.

RESOL. LXVII.

An qui vovit non ludere sub pena centum aureorum, reneatur toties solvere, quoties lusurum vel si vovit peregrinationem Romam, Religionem ingredi, elemosynam facere, &c?

Et quid, si votum sit de vitando ludo, & casu, quod illud non vites te subitutum talem penam, maior est difficultas, an de sola prima vice votum pena debeat intelligi? Ex p. 7. tr. 9. Ref. 60.

§. 1. **D**e hoc casu tractavi in p. 4. tract. 4. ref. 181. & latè de illo agit Calstrus Palaus *tom. 3. tr. 15. disp. 1. punct. 18. n. 6.* cuius verba, quia casus sæpius occurrit, non grauior hic per extensum apponere: sic enim ait. Tertio dubitabis, an quoties violas votum, seu materiam in cuius obseruationem votum penale emisisti, penam incurras: vel tantum illam incurras prima vice? v. g. promissisti, si lusurum, peregrinationem Romam, Religionem ingredi, elemosynam facere, dubium est; an ad multiplicationem delicti multiplicanda sit pena?

2. Negat Emmanuel Sa in *summ. v. votum, n. 26.* in utraque editione. Ratio esse potest, quia pena multiplicanda non sunt absque manifesta ratione, neque obligatio voti in casu dubio extendenda est. Sed positus supradictis verbis est satis dubium, te velle obligari ad penam illam subeundam, quoties lusurum. Quia solum ex illis colligitur, te velle obligari ad illam penam subeundam, si de facto lusurum, quod vnica vice completur. Ergo sic est interpretandum. Et confirmo cum voces absolute vigilia alicuius Sancti ieiunare, de prima vigilia sequenti tantum intelligitur, nisi aliquid vniuersale signum addas. Vt tradit Sanchez *lib. 4. sum. c. 14. n. 20.* Bonacina *disp. 4. q. 1. punct. 5. §. 1. n. 5.* Ergo similiter votum de pena subeunda, si lusurum, de primo ludo videtur intelligendum. Quia voti obligatio extendenda non est. Quod quidem satis probabile esse censeo quando solum est votum de subeunda pena in casu ludii; non tamen est votum de ludo vitando. Consentit Layman *lib. 4. tr. 4. c. 5. concl. 2. in fine.*

3. At si votum sit de vitando ludo & casu quo illum non vitaueris te subitutum talem penam, maior est difficultas: an de sola prima vice votum pena debeat intelligi? Negat Sanchez *c. 22. num. 21.* & Layman *supra. concl. 1.* Motiuntur: quia votum illud penale est accessorium voto non ludendi: sed votum non ludendi non est de sola prima vice. Ergo neque illud votum penæ subeunda debet esse. Et confirmo, votum penæ assumis ad te continentium à ludo: sed intendis, non solum semel, sed in perpetuum te à ludo continere. Ergo votum penæ non vnico ludo, sed omnibus annexum est.

4. Dices, ex eo quod votum penæ accessorium sit voto non ludendi; non inde inferitur penam multiplicandam esse pro qualibet voti transgressione. Potest enim